



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 92. Principum atque Illustrium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](#)

Sæc. XVII. „Halberstadiensi, nisi in Conventu R.
A. C. 1705 „tisbonensi, ubi res in deliberatione
 „versatur, eorundem Sectariorum in
 „demnitati consulatur. Quanta ini-
 „quitate prolatæ sint hujusmodi in-
 „næ aduersus innoxios: quanta e-
 „tiam audacia erga Catholicos Princ-
 „pes, per se fatis liquet. Cogimus
 „proinde Te, quem Zelo pro Ortho-
 „doxa religione fervore novimus,
 „cujus etiam honor ea in re agitut
 „hortari, ut Catholicorum tutelam stre-
 „nue suscipias, eorumque caussam for-
 „titer asseras, neque pari eos lance
 „cum Hæreticis pensari patiaris. Quod
 „Deo acceptum, Nobisque perjucu-
 „dum erit, qui optamus Te semper
 „magis bene mereri de Ecclesia Dei,

§. XCII.

Principum atque Illustrium obitus

Kettl. Decad. Mense Octobri vix inchoato Augustus
5. v. 316. Fridericus Holsato - Gottorpienſis
Theatr. Eu- tum Lubecensis Pseudo-Episcopus le-
rop. t. 17. tis concesſit; mox igitur Christianus
pag. 181. Augustus ejusdem familiæ Princeps amata manu hunc Episcopatum, ne-
 non Cuthiniensem arcem Episcopalem invasit, eoquod non modo in Coadju-
 torem jam antea electus fuisset, sed etiam inter Domum Gottorpensem &
 Capit.

Capitulum Lubecense Anno 1642. & Sæc. XVII.
1647. pactum Traventalii, Glückstadii, A.C. 1705.
& Monasterii confirmatum existaret, vi
cujus sex Gottorpiensis domus Principes
successive in hoc Episcopatu succede-
rent: Verum Carolus iunior Regis Dani
frater, eo quod in electione ipse duode-
cim Canonicorum suffragia, & Chri-
stianus nonnisi novem tulisset, cum tri-
bus Danorum millibus irrumpens, e-
jectis Gottorpiensibus die trigesima pri-
ma Decembris præfatam arcem inter-
cepit, sibique Episcopatus administra-
tionem vindicavit, donec hæc contro-
versia a Cæsare dirimeretur. Tandem
vero Josepho Imperatore, Regina An-
gliæ, Saxone, Brandeburgo, Batavis-
que suas partes interponentibus res ita
composita est, ut Gottorpiensis in Epi-
scopatum, arcemque a Cæsaris Legato
Comite ab Eck, & Anglo Oratore
de Wick, Danis inde recendentibus,
reduceretur, Carolus vero hujus Epi-
scopatus possessionem Angliæ Reginæ
renuntiaret, ac promissa pecuniarum
summa contentus esset. Ita nempe loco
investituræ per annulum & baculum
apud Lutheranos subrogata fuit inve-
stitura per aurum, gladium, & arma.

Decessit pariter Tirckheimii die de-
cima nona Martii ex lethargo Maximi-
lianus Bavariæ Dux annos natus sex-

X 5 ginta

Sæc. XVII. ginta septem, item Sophia Carolina
 A.C. 1705. Prussiæ Regina, Ernesti Augusti Bruns-
 vico - Luneburgici Electoris Filia; cum
 enim ad ipsius Matrem Bacchanaliorum
 delitiis vacatura contenderet, die pri-
 ma Februarii nonnisi annos nata trigesima
 septem ex guttulis inflammatione viva
 erepta est. Præterea in castris Bar-
 nonensibus obiit Georgius Hasso - Darm-
 stadiensis Princeps, animi celitudoine,
 ac militari experientia inclitus, qu-
 die decima quarta Octobris trajecto
 crure, ruptaque vena cava dolorum
 vehementiæ cessit? idem fatum subiit
 die decima sexta Augusti Bresciæ Jo-
 sephus Innocentius Lotharingiæ Dur
 in Cassano prælio trucidatus. Inter
 Præfules Catholicos Hungari deplora-
 bant mortem Ladislai Mathiæ Sonsky
 Nitriensis Episcopi, Viri pietate & sci-
 entia celebratissimi, cuius fatum seque-
 batur Joannes Antonius Collatus In-
 sulæ Corcyranæ Archiepiscopus. Pre-
 ter hos obiere die trigesima prima De-
 cembbris Ulyssipone Catharina vidua
 Caroli II. Angliæ Regis Uxor, die de-
 cima quinta Novembris Dorothea Ca-
 roлина Hasso - Darmstadiensis Princeps
 Ernesti Ludovici uxor, die vigesima
 tertia Novembris anno ætatis decimo
 octavo Guilielmus Friderici IV. Danie-
 Regis Frater, & die vigesima tertia
 Decem-

Decembris Ludovica Dorothea Fride- Sæc. XVII.
 rico Hassiæ Landgravio desponsata, Re- A. C. 1705.
 gis Borussiæ Filia, quæ nonnisi vigesi-
 mum quintum ætatis annum attigit:
 Vitæ etiam suæ finem fecit, quam us-
 que ad annum octogesimum primum
 produxit, Georgius Guilielmus Dux
 Cellensis, denique die vigesima Decem-
 bris sexagenaria decepsit Christina vidua
 Friderici XI. Saxo - Gothani Ducis
 Conjux.

§. XCIII.

*Constitutiones Clementis XI. Papæ,
 ejusque literæ ad varios.*

Ex plurimis, quas summus Pontifex Bull. magnæ
 promulgari jussit, Constitutionibus Part. 2.
 & epistolis ab eodem ad varios datis Clem. XI.
 paucas feligimus, & primo quidem ex pag. 251.
 ipsius mandato Casparus Cardinalis de
 Carpegna Vicarius Urbis & Orbis die
 quarta Februarii præcepit, ut Eccle-
 siasticorum cadavera in funeralibus of-
 ficiis exponantur induta Sacris vestibus
 eorum Ordini congruis, & quorum-
 cunque etiam Nobilium, & Magnatum
 corpora non cum rhedis aliisque vehi-
 culis, sed præcedente Cruce in feretro ad
 Ecclesiam deferantur. Die autem vi-
 gesima ejusdem Mensis, Pontifex Cul-
 tum ab immemorabili tempore in Lusi-
 taniae.